Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



In principio erat verbum et verbum erat apud deum. Et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. Et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. Ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Et verbum caro factum est. Et habitavit in nobis. Et vidimus gloriam eius. Gloriam quasi unigeniti a patre. Plenum gratie et veritatis. Ecce ad vesperam. Ecce ad vesperam. Ecce ad vesperam